Di 9. Martij 1624

Ser.^{me} Rex Dne mi Clement.^{me}

329

1108

Cum Varsavia essem discessurus mandatum à S. R. M.^{te} V.ra mihi fuit, ut
P.rem Magistrum Andream Gelsominum Procuratorem Gen.lem S. Augustini
a S.^{mo} D. N. de aliquo episcopatu provideri curarem; quod quidem ut S. R. M.^{ti} V.rae
menti in primis satisfacerem, et d.o P.ri solatio essem, varijs, atq. iteratis officijs
praestare non destiti. et ut iam pluries S. R. M.^{ti} V.rae scripsi; non animo
alienam ab hoc desiderio S.^{tem} Suam cognovi. Verum cum hoc idem à S. R. M.^{te} V.ra
et l.ris ad S.^{mum} D. N. novissime comprobetur, summam dabo operam, ut dictus
Pater, cui optima quaeq. exopto et S. R. M.^{tis} V.rae causa, et meritor. suor., quae
omni honori, et favori illum dignum reddunt, quantocitius provideatur. Reddam
propterea S.^{ti} Suae l.ras S. R. M.^{tis} V.rae, et eis quae ad rem facere videbuntur verbis
petitionem prosequar, et responsum quod habuero, S. R. M.^{ti} V.rae differam.
Interim ei significandum duxi difficile aliquantulum esse ad praesens aliquem
ep.atum pro d.o P.re obtinere, cum S.^{tas} Sua prius Comitem Alexandrum promovere
intendat, idq. etiam non modo, sed infra aliquod tempus, ex quo de ipso aliquam
experientiam in gubernio Civitatis Fulginatensis vult habere, ut multoties
a S.^{mo} audivi. omnia ista retuli P.ri Gelsomino, ut moderato animo istam

dilationem sustineat. Deum opt.m Max.m pro incolumitate S. R. M.tis V.rae
continuo precor, eiusque regias manus omni humilitate deosculor. Dat. Romae
die 9 Martij 1624
S. R. M. V.rae

addict.mus obseq.mus Servitor
Cosmus Card.lis de Torres

332

9. marzo. 1624. Card. Torres. R. a 16.